



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

885. Si ambo beneficia æquè principaliter, vel etiam ad vitam unita retineant suas singula qualitates, quid servandum, si hæ qualitates sint invicem contrariæ, seu incompatibiles.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

unio facta æquè principaliter, perseveret juspatronatus. De quo paulò infra, quòd utriusque beneficii patronus jam habeat præsentare.

4. Tertio: Non impedit hæc unio reservationem. Corrad. in *pr. benef.* l. 2. c. 12. n. 26. Gonz. gl. 5. §. 7. n. 56. Sic quoque unio ad vitam non extinguit reservationem. Gonz. *ibid.* à n. 140. ubi, quòd quando v.g. beneficium est reservatum ratione mensis, si post vacationem in mense Apostolico unitor alteri beneficio ad vitam alicujus, unio talis non facit cessare reservationem; sed finitâ illâ temporali unione durat semper vinculum reservationis, & semper vacabit ut prius, & provisio spectabit ad Papam, quamvis unio cessaret in mense Ordinarii per obitum illius, ad cuius vitam fuerat facta. Atque ita, ut Gonz. n. 142. unio ista temporalis, cum non sit provisio Papæ (per quam solam tollitur effectus reservationis) nec expiratio, reservatio facit duntaxat dormire reservationem ad tempus. Quin & unio ad vitam est quædam species reservationis, quia per appositionem manus Papalis in faciendo unionem ad vitam, remanet beneficium reservatum. Gonz. n. 145.

5. Quarto: Non impedit, seu tollit unio illa facta æquè principaliter incompatibilitatem. Castrop. *loc. cit.* n. 8. Garc. *cit.* c. 2. n. 41. quamvis enim ipsa beneficia aliàs incompatibilia invicem unita non sint incompatibilia inter se ratione dictæ unionis. Garc. *loc. cit.* nu. 42. juxta declarationem S. Congreg. *super c. 17. sess. 24.* quæ sic habet: *Si dua, vel plures Parochiales sint invicem unite, non sunt comprehensa sub hoc Decreto; sed possunt legitime retineri, tanquam non incompatibilia. Et* Sunt tamen incompatibilia cum tertio aliquo, v.g. si eorum alterum esset curatum, impediret assuetudinem alterius similiter curati, & per ejus assuetudinem, & quietam possessionem vacarent ambo illa principaliter unita inter se. Garc. *cit.* nu. 41. Pari modo unio ad vitam, etiam si facta accessorie, inducit incompatibilitatem juxta Trid. *sess. 7. c. 4. & sess. 24. c. 17.* Garc. *cit.* c. 2. n. 39. & p. 11. c. 5. n. 219. citans pro hoc Mandos. *de signat. grat. cit. de union.* Quintadv. l. 1. *Eccles. c. 4. n. 12. & c. 7. n. 6.* additque *ibid.* Garc. olim secus fuisse, sic habens dignitatem, cui ad vitam annexa portio, non potest aliam in eadem Ecclesia obtinere portionem. Gonz. *cit.* n. 219.

6. Quinto: In impetratione tertii alicujus beneficii oportet facere mentionem de ambobus præhabitis inter se æquè principaliter unitis. Castrop. *cit.* n. 8. Azor p. 2. l. 6. c. 28. q. 20. Paris. l. 10. q. 2. n. 36. Garc. p. 12. c. 2. n. 43. citans Rebuff. *Selv. Caccialup.*

7. Sexto: In resignatione, seu permutatione horum beneficiorum lic annexorum facienda erit publicatio in Ecclesia utriusque juxta Constitutionem de publicandis. Castrop. *cit.* n. 8. Garc. *cit.* c. 2. n. 46. Conveniunt hæc eadem, uti & cetera beneficiis unitis ad vitam. Castrop. *loc. cit.* n. 10. ubi generaliter pronunciat ea, quæ dicta sunt de beneficiis principaliter inter se unitis in perpetuum; procedere etiam de unitis inter se ad vitam; cum neque hæc unio extinguat titulum, sed illius retentionem cum alio concedat.

* * * *

P. Leuven, Fori Benef. Tom. III.

Questio 885. Si ambo beneficia æquè principaliter, vel etiam ad vitam unita juxta jam dicta retineant suas singula qualitates, ut dictum, quid servandum, si hæc qualitates sint invicem contrarie, seu incompatibiles, v.g. utrumque est residentiale in diversa Ecclesia?

Respondeo: Deber residere in digniore, vel alias ubi commodius & utiliùs esse videbitur, & dum in hoc est æqualitas, in eo, in quo maluerit. Garc. *cit.* c. 2. n. 45. citans Per. de Peru. *tr. de union.* c. 8. juxta Declarat. S. Congregat. à se adductas p. 3. c. 2. n. 179. quòd remittit. Sic etiam idem Garc. p. 12. c. 2. n. 40. ait, quòd obtinens Canonicatum, cui unita ad vitam Parochialis, debeat residere in Parochiali, & non in Canonicatu, ut habet Declaratio 13. adducta à se. *cit.* n. 179.

Questio 886. An, & qualiter unio operetur, seu afferat præjudicium Rectori, seu Possessori beneficii?

Respondeo: Unio de beneficio viventis nullum affert possessori præjudicium, seu fit sine illius præjudicio; quia ejus jura semper præservantur, cum unio non fortiaur effectum, nisi postquam beneficium vacaverit per celsum vel decessum Rectoris possidentis. Garc. p. 12. c. 2. n. 214. Paris. l. 2. q. 9. n. 7. (ubi etiam, quòd hoc verificetur solum semel in eo, qui de præsentate, dum fit unio, obtinebat beneficium) Tond. *qq. benef.* p. 3. c. 156. n. 6. citans Decis. Rora 614. n. 54. & 55. p. 4. *recent.* To. 3. Unde etiam Rector non obstantè unione, resignare potest beneficium suum in favorem tertii coram Papa; quia tunc unio suspenditur durante vita Resignatarii propter clausulas in simili casu apponi solitas, per quas suspenduntur omnes uniones, etiam absque eo, quòd per dictam suspensionem unionis fiat præjudicium Ecclesiæ, ad cujus utilitatem facta unio, cum fieri possit, ut Resignatarius præmoriatur Resignanti. Tond. *loc. cit.* n. 7. Verùm de hoc plura inferius, ubi de vocandis, dum fit unio.

PARAGRAPHVS II.

Quænam beneficia, quibus, & à quibus uniri possint?

Questio 887. An, & qualiter beneficia non beneficiis uniri possint?

Respondeo primò: Unio fit de beneficio ad beneficium, & non de beneficio ad non beneficium Ecclesiasticum, ait Corrad. *pr. benef.* l. 2. c. 8. n. 79. & 80. ubi, quòd sic responderit Cancellaria Apostolica, dum in ea petebatur fieri unio certo alicui altari pro paramentis ejusdem Ecclesiæ, dum dubitabatur, num altare illud esset beneficium (sicut aliàs sæpe, præsertim in Germania, altaria sunt beneficia, seu erecta in titulum beneficiale) nempe inconueniens esse, ut beneficium uniretur non beneficio; ac ideo dictum, suppressi debere tale beneficium, & facta suppressione posse fructus illius applicari dicto altari in dictum finem. Nihilominus posse fieri uniones beneficiorum locis piis ac religiosis (puta Hospitalibus,

N u 2

Semi-